Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26044
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tiros. arbitrans hos iudeos. missis ad dagobertum regem francorum nunciis omnes regni sui iudeos baptizari postulat et impetrat. ipseque in regno suo similiter facit. Hi multo pagarenu cauasi regnum suum uastant. Quos dum heraclius misso exercitu cohibere uellet. l. milia perdidit. + Qua de causa diuaptis portis caspiis. gentem feruissimam quam alexander magnus ob inhumanitatem sui. super mare caspium incluserat educeret. bellumque instauraret. [cum c. l. milibus armatorum] nocte ab angelo. l. ii. milia percussa feruntur. Unde fractus animo princeps. et ex dolore in tumorem uersus. ac ydropicus factus. xxx. vii. imperii sui anno die obiit. Vide iustissima iudicia dei.

+ quos spolia hostes heraclio remiserunt. Quia ille percipere noluisset. uindictas ab eis sumebat.

Princeps iste qui primo per uirtutem dei et crucis de potentissimo rege persarum triumphauit. postmodum a sarracenis amisso milite dolore uelut rationis expers. eiusque per quod ante uicerat signi inmemor. crudelissimam gentem quam et gentilis homo incluserat inpremeditate educens. a domino iuste flagellatur. ut et ipsi penitentie locus. et posteris relinqueretur exemplum. Hec omnia ad contemptum mundi amoremque dei quia et sperantes in se remunerat et contempnentes condempnat nos. PROVOCARE DEBERENT. x.

Historie noue croni. i. ...
Reuertere ad ... qui hunc

Anno ab incarnatione domini dc. xxx. viiii. Regnante in francia Dagoberto. Constantinus heraclii. Heraclius filius l. vii. ab augusto regnum adeptus est. iiiique. imperii sui mense fraude nouerce sue martine pirrique patriarche ueneno necatur. ipsaque cum filio suo Heraclona regnum usurpans. per duos annos tenuit. Mutilatis quoque naribus filii matrisque lingua abscisa. Constans constantini Heraclii filius a senatu imperator creatur. Pirrusque patriarcha sceleris auctor in exilium truditur. et in locum eius Paulus subrogatur. Hic est pirrus qui cum cyro alexandrino episcopo heresim que duas in christo uoluntates negabat condidit. xi.

Anno ab incarnatione domini dc. xl. primo. pulso cum matre Heraclona constans constantini filius l. viii. ab augusto regnauit. Hic cum in eandem quam auus fuisset lapsus ·:· martinum papam eo quod Paulum patriarcham Pirrum et cyrum habita synodo excommunicasset apud Chersonam in exilium misit. ubi multis miraculis refulgens migrauit ad dominum. Porro Constans congregata sub uitelliano papa synodo heresim abdicauit. ac beato Petro. mire magnitudinis euangelia auro cooperta gemmis ornata misit. ipse uero non post multos dies ytaliam a longobardorum potestate eripere uolens per equor nauigando. tarentum applicuit. Post beneuentum ueniens. omnes pene ciuitates quas longobardi inhabitabant cepit. ac luceriam ad solum usque prostrauit. Deinde accepta obside sorore rumaldi grimaldi regis

·:· heresim